

ribus qui propter¹ famam industriae eius² ad ipsum confluxerant, Cithuni videlicet ac Celtiberi, qui a Graecis vocati sunt Belcadici³, ripam Rheni fluminis possedit et civitates inibi construxit et imperio Trevirorum subdidit. Instituit itaque Trebeta imperium Trevirorum anno MC. ex quo Noe de archa cum filiis suis egressus est, eo tempore videlicet quo Abraham in terra Chanaan repromissionem a Domino accepit. Duravit autem ipsum imperium usque ad tempora Francorum. Nam⁴ Avitus ultimus Trevirorum imperator luxuriae deditus uxorem Lucii cuiusdam senatoris⁵ adulteravit. Venienti denique Lucio in palatium Avitus dixisse fertur 'Pulchras thermas habes, nam frigide lavaris'. Unde indignatus Lucius civitatem Clodoveo, filio Deothmari, regi Francorum, tradidit, a quo incensa est et imperium destructum, (f. 420^b) imperante apud Romanos Ioviniano. Haec omnia facta sunt ordinante ac iubente domino nostro Iesu Christo, qui transfert regna et mutat imperia, semper ipse incommutabilis permanens in saecula saeculorum, amen. Audite⁶ praeterea, quae miremini. Treviris est civitas Galliae nobilis, ubi senecio⁷ quidam⁸, cuius hospitio usus sum per XII dies in suburbio civitatis, ferream effigiem Mercurii volantis magni ponderis ostendit in aere pendentem. Erat autem magnes, ut hospes idem mihi ostendit, supra in fornice itemque in pavimento, quorum naturalis vis e regione sua ferrum sibi adscivit, sicque ferrum ingens quasi dubitans in aere remansit. Vidi in eadem urbe ingenti et pretioso marmore Iovem scutulam auream duorum pedum latitudinis tenentem, ubi hoc inerat scriptum: 'Iovi vindici Trevirorum, ex censu civitatum Rheni per tria decennia denegato, sed fulmine et terrore caelesti extorto', factum arte mechanica. Nam thus quasi prunis impositum redolet, si immiseris, nec tamen deficit. Quod ita probavi esse.

3^b. Postquam igitur primos possessores seu fundatores

1) 'propteo' Hs. 2) 'eique' Hs. 3) So haben Pfister und ich den Namen gelesen, während Krusch 'Belladici' liest. 4) Das folgende, aus Fredegar III, 7 (SS. Merov. II, 94) stammende Geschichtchen findet sich auch Gesta Trev. cap. 22, SS. VIII, 158. Es ist zu beachten, dass in der letzteren Ueberlieferung einige Ausdrücke der Quelle aufgegeben sind, die sich in der unsrigen vorfinden. 5) 'imperatoris' Hs. 6) Das Folgende, bis 'probavi esse' fast wörtlich übereinstimmend mit der auf einen gewissen Galba Viator zurückgeführten Erzählung in den Codd. B und C der Gesta Trevirorum, SS. VIII, 146, 13 ff. Ch. Pfister, dem dieser Zusammenhang entgangen ist, bezieht Ann. de l'Est V, 445. VI, 119 die ganze Stelle auf den Verfasser des Chron. Ebersheimense und folgert, dass dieser Trier besucht und sich dort 'eine Woche lang' aufgehalten habe, was natürlich ganz unzulässig ist. Dieselbe Erzählung des Galba Viator ist auch in den Gesta Trev. selbst cap. 3 benutzt. 7) Das Wort wird nicht als Eigennamen, sondern als Appellativum (Ableitung von 'senex') zu fassen sein. 8) 'cuidam' Hs.